



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 5. De casibus, in quibus licet reuelare aliquid auditum in confessione,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

rum doctum praesentem, a quo quid agendum sit in aliquo casu querit, & illud re dit, ut Poenitentia absoluat. Et ratio est, quia per id sufficieret ostendit se graue aliquid peccatum audiisse: cum de his quia ita de peccatis in confessione auditis loquantur, ut audientie possint per coniecturas peccatorem comprehendere: cum etiam de eo qui diceret, ille bene confessus est, sed alterius confessio mihi non satisfecit: hoc enim de se indicat peccatum aliquid mortale cognitum ex confessione.

51. **Quarum est (de quo Nauarrus consequenter num. 11. & ad citat. cap. Sacerdos num. 65. atque alij, quorum meminit Henr. lib. 6. cap. 20. §. 4. lit. D.) vocatum ad Eucharistiam portigandam concubinario, vel usurario, vel alteri peccatorum publico, non debere a Confessario petere. An illum aboluerit, cum is veritatem aperte dicere non possit sine revelatione confessionis, nisi de licentia Poenitentis; aut si ipse metillum audiuit, nec absolverit; debet se perinde gerere, ac si nihil ex confessione scire; ideoque dicere: quia peccatum publicum debet propter scandalum, publica poenitentia a pudore hominis purgari; (ex Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 8. de reformatione, & ex cap. 1. de Poenit. & remiss. quousque publice constet te relquisse peccatum, non debet tibi Eucharistia ministrari. Quocuidem modo non reuelat confessionem, quia proponit impedimentum habens locum etiam in eo qui vere Poenitens, absolutus est. Nam ei Eucharistia neganda est illam publice petenti; non quidem eo nomine (ut in preced. num. 86. monet Nauarr.) quod impetrans sit; sed quod non constet de mera oportuna peccari, in quo ipsum fuisse palam est. Quam mutationem sibi tantum ex confessione notam Confessarius manifestare non potest: manifestaret autem dando ei Eucharistiam, cuius sumptio praexigit confessionem de peccato mortali perpetrato, si copia Confessarii habeatur, quemadmodum declaratum est in Concil. Trid. sess. 13. cap. 11.**

52. **Obiter nota, quod in sequenti numero 101. & 102. ex Paludano habet Nauarrus, publicum peccatorum secreto quidem admitti posse ad sacram communionem post secretam Poenitentiam, etiam ante publicam vitam mutationem; non tamen publice: quia quamvis necessarium non sit publicam poenitentiam praecedere publici peccatoris admissionem ad communionem, oportet tamen publice constare, quod ipsa vitam mutauerit: ut censetur, tum alia ratione, tum si Sacerdos, cui confessionem fecit, de ipsius licentia (sive qua non potest) publicaret ipsum verè poenitente. Nota etiam ab occulto quidem peccatorum petente Eucharistiam, sati esse intelligere, utrum legitimè confessus sit (cuius affirmant credendum est etiam si nullum testimonium afferat: ex §. super confessione in Extraug. commun. Inter cunctas. De Privilegiis.) a peccatore tamen publico intelligendum esse utrum deseruerit videnti statum publice malum. Quod etiam habet Nauarr. in preced. num. 85. addens nihilominus num. 86. idipsum dictum de peccatore occulto, non impedit quin, ut vtile est, sic etiam ratione consonum sit, quod Parochi a suis Parochianis schedulari, aliamne probacionem aut indicium petunt; quo fides fiat ipsos esse confessos, dummodo tam etiam si dictam schedulam perdidisse, aut aliquid aliud cauferunt, quod a vero non adhorreat penitus, eis tandem credant, iuxta memoratam extraug. Inter cunctas.**

53. **Quintum est (de quo adhuc Nauarrus ad idem cap. Sacerdos. num. 68. & sex sequentibus cum non esse confessionis reuelatorem, qui diceret, Audiui Petri confessionem, vel Petri peccata, vel Perrum absoluui a peccatis, vel Petrum qui me minutissimis suis peccatis, oneravit, vel in quo non iepedi peccati mortalis confessum habde & quod habet Henr. lib. 6. sus. summ. cap. 21. §. 1. Dedi ei et leuem poenitentiam. Illum datum signum contritionis absoluui. Ratio est, quia aliquid horum dicens, nullum peccatum mortale sive in genere, sive in specie, nullumque veniale in specie derelictum sibi esse significat; sed tantum se audiisse confessionem, & dedisse absolutionem, quod fit etiam coram aliis.**

54. **Aduerte tamen quod consequenter admonet Nauarrus ibidem num. 71. non posse Confessarium praedicta usurpare, quando quis ita secreto ei confessus est, ut nolit id scribi a aliquo: ut v.g. a suo Confessario ordinario, qui eo cognito su-**

spicatur graue peccatum subesse: tunc cuim talia dicendo violaretur sigillum, si non confessionis, saltem naturae; ad quod confessionem audiens se adstrinxit, aut expresse, si rogatus est a Poenitente ne mentionem de ea re faceret: aut tacite, si is ita latenter accessisse noratus sit; ut factio ipso ostenderet se nolle sciri, quod fuerit ei confessus.

C A P V T Q V I N T V M.

De easibus in quibus licet reuelare aliquid auditum in confessione.

S U M M A R I V M.

55. **Communior sententia doctorum est, quod de licentia Poenitentis possit Confessarius peccatum in confessione auditum reuelare: & quadem esse oporteat talen licentiam.**

56. **Eiusdem sententia fundamentali ratio.**

57. **Quomodo posst Confessarius aliquid auditum in confessione reuelare de licentia Poenitentis, cum non posse de licentia Papa.**

58. **Illi coram quibus in confessione auditum reuelatur, debet constare de data licentia: similius que adesse notabilis reuelandi causa.**

59. **Non sufficit licentia presumpta, sed requiritur actu data, saltem tacita.**

60. **Nec item sufficit licentia debita, si non sit actu data.**

61. **Reuelare potest Confessarius auditum in confessione, si ex parte confitens illud adhuc eidem detegrit.**

62. **Confessarius consilium potest petere sine licentia confitentis, dummodo si in denullo modo valeat detegiri.**

63. **Non impeditur Confessarius detegere id quod audiuit in confessione, si illud adhuc alia vi didicir, sive ante, sive post eamdem confessionem.**

64. **Peccatum est nihilominus mortale, dicere se tale quid nosse ex confessione, aut illud certius dicere propter confessionem, quam cognitum sit extra eam.**

65. **Propositum peccandi, in Sacramentali confessione declaratum, cadit sub hoc sigillum, etiam si confitens illud emendare nolit.**

66. **Confessio facta animo periuendi Confessarium non inducit sigillum Sacramentale: inducit autem facta animo accusandi se, quantum perserueretur in aliquo malo proposito.**

67. **Non nascitur Sacramentale sigillum ex eo, quod coram Confessario flexu genibus, & facto signo crucis aliquid ei aperiatur, dicendo, Aperio tibi in confessione.**

68. **Quid agendum Sacerdoti, cui obiicitur, quod confessionem auditam reuelauerit.**

55. **V** Nus est istiusmodi casus: cum scilicet Poenitens dedit licentiam reuelandi auditam de quo in vtramque partem rationes adserit Medina in Cod. De Confessione quast. 49. & tam authores, quam rationes proponit Nauarr. ad cap. Sacerdos. De Penit. Dist. 6. n. 153. & aliquos seq. ac etiam Suarez tom. 4. dist. 33. seq. 5. n. 5. & 6. nempe, cum Poenitens Confessario dedit licentiam auditam reuelandi.

Partem autem affirmantem, tum idem, tum certiores centiores communiter amplectuntur; quos cum antiquioribus sati magno numero commemorant Hentiquez in summa Theologia moralis, libro 6. capite 23. §. 1. lit. D. Inquit enim est: licitum de licentia Poenitentis reuelare auditam in confessione, dummodo eadem licentia sponte omnino, atque adeo sine vi, metu, aut deceptione si data a Poenitente; idque in suam, vel alterius utilitatem spiritalem, aut temporalem non contemnendam; ut admonet & declarat Nauarr. loco cit. num. 157. & 158. ita ut Iudice cogente reum dare Sacerdoti licentiam dicendi peccatum ei detectum in confessione, nefas sit reuelare eam data perinde ac non data. Similiter si Poenitens sua quidem sponte licentiam det, sed in suam, vel alterius perniciem, vel adiucionem tantum & recreationem, ut Nauarr. addit in sequent. num. 159. Quo etiam pertinere conferi potest abusus, cuius meminit Sotus in 4. dist. 18. quast. 4. art. 6. col. 4. quod laborans zelotypi dat conditionem vxori, vel ab ea accipit, ut ipsa confiteatur alii Sacerdoti, cui faciat potestatem reuelandi, si unius adulteria sit, an publica; id enim cedere potest in damnum spirituale fœminæ, quæ ut extra confessionem, sicut confessione impudenter se pudicam esse mentiri potest. Ob quam rationem, ne quidem

dem si foemina sponte omnino licentiam concederet, deberet Confessor reuelare illud, quod scit tantum ex confessione. Sicut nec cum rogatur a confiteente detento in carcere, vt innocentiam, quam ex sua confessione cognoscit, testificetur Iudici. Nam & inde summi potest occasio mentionis in confessione; nec talis testificationis vius esse potest in iudicio, in quo non creditur reo suum crimen negati. Testificatio autem illa non erit aliud, quam declaratio, quod reus negat crimen de quo accusatur.

Explicatio casus in quo de licentia confiteenti potest Confessariu ali- quid in confessione auditum re- uelare.

SECTIO PRIOR.

Am cur proposita sententia; merito videatur contrariae praferenda; ratio est, quod in tali casu cetera fundamenta lis ratio obligationis seruandi secerum confessionis; erat enim, ne confessio ex eius reuelatione fieret fidibus odiosa; ubi autem confit, Confessariu reuelare Confessio nem de licentia Penitentis sponte ab ipso, & in ipsis, vel alterius utilitatem data, nulli inde potest confessio reddi odiosa; cum cuique confiteret in tali casu suam sibi relinquenterem concedendam, vel negandi talem licentiam; & eam limitandi pro arbitrio. Deinde siquid impediret quominus iusta de causa Penitentis posset alii peccatum suum reuelare per Confessarium, sicut potest per seipsum; maximè est, quod obligatio celandi confessionem inducit, non in solius confiteentis fauorem, sed totius populi Christiani, ne in tam necessario salutis remedio retraheretur, ideoque non sit liberum cuique tali iuri cedere, cum ex capite. si diligenter. *De foro competenti.* nemo possit iuri in fauorem publicum inducendo renuntiare. At hoc non impedit, quia axioma illud iuris intelligitur, cum fauor publicus dicitur respicit ordinem, vel statum, vel officium, vel dignitatem personarum (vt ille de quo mentio est in illo capitulo, non respondendi coram Iudice seculari, respicit statum Clericalem) non autem in cum directe respicit personam; vt fauor ille de non reuelanda confessione, qui respicit directe personam cuiuslibet confiteenti, tanquam peccatoris; qui quatenus talis, vi constat, non est in aliquo ordine, vel statu, vel officio, vel dignitate confitutus. Id quod Medina in *citat. question. 49. argument. 2. pro hac sententia virget.* Accedit ex Nauar. loco cit. num. 156. nihil detrahatur de eo favori per eum de quo agimus modum permittendi confessionis reuelationem, in modo potius addi; tum ex parte Penitentis; quia cum aliquando necessarium sit Confessarium alios considerare per ipsius statu, si ille facere non posset per ipsius licentia, ipsius et Penitentis cogeneretur extra confessionem per se confidere, quod grauius esset quam dare eam de qua agimus licentiam. Tum ex parte Sacramenti, quia propensiones efficiuntur homines ad confitendum, cum certò sciant suam confessionem nunquam alicui detegendam sine ipsorum consensu; in modo neque cum eo, si aliquatenus fuerit ipsius damnum, sed tantum cum expedierit ipsis ad eum solum finem quem ipsi voluerint, & fuerit ipsi vtile, nec aliter.

Ceterum ex eodem Medina sub finem eiusdem quæstio, ideo licentia confiteenti sufficit in hac re, non obstante precepto naturali, & diuino de seruando confessionis secreto, quoniam ea data, illud super quo datur, eatenus definit esse materia eiusdem secreti, quatenus ipsa super illo datur: sicut cum creditor terminum solutoris prolonget, in quo se solutorum debitor ei iuravit, solutio, quatenus facienda in eo ipso termino, definit esse materia iuramenti. Itaque lex naturalis, diuina de non reuelanda confessione, intelligenda est cum exceptione casus in quo datur a confiteenti licentia reuelandi: quandoquidem in tali casu cetera causa obligationis celandi, prout expositum est. Id quod non sibi venit, si Papa etiam de terra sua potestate, det licentiam reuelandi; iuxta illud quodammodo habitum est numeri, ex ipsius dispensatione nunquam posse Confessarium audiat confessionem reuelare. Ita vt in hac eidem contingat, accum Petrus iuravit se Panlo certum debitum liquidum solutorum intra præfixum aliquem terminum. Nam licentia Papæ de vterius differenda solutione, non reuelat eundem

Petrum à perjurio; licentia autem per Paulum data reuelat. Quod etiam annorans Medina ibid. in *responsione ad primam rationem*, quædam adhuc notatu digna pro praxi addit, sub finem eius. qu.

Primum est Confessarium non posse confessionem reuelare, nisi illis, coram quibus reuelatur, constet de data licentia a confiteente; cum alioqui sit periculum scandali, & odij confessionis.

Secundum est, dari debere præsumptam licentiam propter aliquod notabile bonum procurandum, vel malum evitandum, quod præpondaret famæ Penitentis: cum alioqui neque data ut licet, propter eadem incommoda quæ prius proposita sunt.

Tertium est, non sufficere talem licentiam præsumptam esse, sed requiri ut actu data sit: quia reuelans confessi nem ex sola licentia præsumpta, de se facit eam odiosam. Quantum non videatur necessarium ut sit actu expresse data, sed sufficere potest ut sit actu data tacite; quod Iacobus quaque à Graphis notat in libro primo decimo, *avarearum, capite 23. numero 13.* Ratio vero est, quia iustiusmodi quoque licentia omnem rationem scandali & odij confessionis tollit, ut ex se patet. Exemplum est, quod predictus author adserit, si confitens mandauerit Confessario post suum obiitum hæredibus dicere, ut restituant quædam, quæ alijs debent.

Nam quamvis nihil exprelit de reuelatione fraudis, propter quam obnoxius fuit restitutio, & hæredes facile sint de ea suscipiatur, talis mandato auditio; ipsum tamen executioni mandare licet; quia illud dans simul, tacite saltem, iusta de causa dedit facultatem reuelandi eandem fraudem, in quantum ex eiusdem mandati executione potest in illius notitiam deueniri: argumento c. *Præterea. De Officio deleg.* vbi sub finem habetur, ex eo quod causa alii committitur super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam ipsum recipere potestatem.

Quartum est neque licentiam debitam, si non sit actu data, sufficere ad licere reuelandam confessionem: qui non sufficit ad tollendum scandalum & odium confessionis: atque licet in distractis rebus temporalibus sufficiat dominum consensus debitus, vel præsumptus quando actua lis sufficeret: non sufficit tamen in administrandis sacramentis, ut pater ex his, aliisque similibus exemplis. Nam in receptione baptismi (quamvis cetera necessaria adsit) si baptizati consensus actualis desit, qui simul adesse debet gratiiter peccatur, nihilque validè efficitur. Item in matrimonio, quod Petrus dolosè contrahit cum Bertha sine actuali consensu, qui in debet habere, grauiiter peccatur, nec validè contrahitur. Itaque ut in reuelatione confessionis sacramentalis non peccetur, non est satis quod casus adsit, in quo Penitentis debeat in eam consentire, nisi actu consentiat.

Aliquid casus, in quibus sine licentia confiteenti, licet reuelare aliquid auditum in confessione.

SECTIO POSTERIOR.

Adlunguntur praecedenti alijs casus, in quibus licet, etiam non peccata confiteenti licentia reuelare aliquid auditum in confessione: ut secundus sit, quem attigit idem Medina in eadem quæst. 49. corol. 1. si ipsiusmet confiteenti extra confessionem illud detexerit; quia tunc non est materia secreti, quod sub sigillo confessionis necessarium seruandum sit. Nam si Penitentis illud quod in confessione dixit, idem extra eam, sive amico, sive postea voluerit reuelare Confessario, tanquam amico, & independenter a confessione; confitetur notitiam irreuocabilem, nec facere potest, ut ipsi illud sciat tantum ex confessione; adeoque teneatur illud seruare secretum sub sigillo confessionis. Quocirca poterit tale quid sine licentia ipsius confiteenti reuelare, eodem modo quo potest cetera quæ sunt secreti naturalis.

Tertius casus esse potest, quem habent Sylvestris Confessor. 3. quæs. & Sotus in 4. distinc. 18. quæst. 4. art. 6. col. 4. cum Sacerdos indigenus confilio circa peccatum auditum, consultum virum doctum. Nam sine licentia Penitentis potest illud petere, dummodo persona quæ peccauit nequeat inde venire.

in noctiam. Probatur ex cap. Officii. De penit. & remiss. ubi non reprehenditur legatus petens confilium de peccato, quod tacitum in particulari peccantis personam, assertit se in confessione cognouisse. Addit Sotus, quod si confessio nollet Confessarium tale confilium capere, is non posset ultra procedere, sed illum sine absolutione dimittere.

63.

Quartus casus (de quo in sequent. quest. 15. Medina disputat in vtramque partem) est: quando Confessarius ea quae per confessionem nouit, adhuc alia via didicit: quo casu post D. Thom. in 4. distinct. 21. omnes ad vnum (teste Nauarr. ad cap. Sacerdos. De Penitentia distinct. 6. num. 16.) consentiunt Confessarii: iam dicere posse, imo superiore iubente teneri dicere, quae per confessionem nouit quidem, sed adhuc alia didicit via: dummodo illa perinde dicat, ac si per confessionem nullatenus nouislet: numerum cauendo, ne quid proferat unde certitudo maior, vel circumstantia aliqua habeatur, tantum ratione nostrae prouenientis ex confessione. De qua re authores aliquot referunt Henriquez lib. 6. sua summa cap. 20. §. 4. lit. C. Eaque procedit, siue Confessarius talia nouerit ante quam confessio fieret, siue postea. Confirmatur autem ex incommode quae ex illius contrario sequentur: nempe confessionem esse a Christo institutam in praetudicium publicae iustitiae; siquidem non qui de veritate sufficienter cognita testificari debuit, per auditam confessionem impedire ut id facere. Item dolim & fraudem alicui ratione confessionis patrocinarivit si latro calicem furetur coram Sacerdote: & ei statim confiteatur de eodem peccato, ne ipsum denuntiare, aut de ipso testificari possit. Præterea criminofus confiteretur suo Prelato; ne sufficiente cognitione de ipsis criminibus habita per testes omni exceptione maiores, sententiam in eum proferat. Denique contingere posset innocentem ratione confessionis plectri, inoccens dimisso. Si enim duob. quorum alter Sacerdos sit, videntibus delinquat etius, qui statim confiteatur eadem Sacerdoti: & alter non Sacerdos delinquenter accuset eum a Iudice, dicens talem Sacerdotem posse idem testificari: qui Sacerdos si veritatem neget interrogatus iuridicè faciet puniri accusatorem: tanquam reuulsu testimonij; inoccensem vel liberari: quae omnia manifestum est in commode esse.

Si quis opponat, in cap. Sacerdos. De Penitent. distinct. 6. & in cap. Omnis virtusque sexus. De Penitent. & remiss. dari præceptum de celanda confessione, nulla facta mentione talis vel alterius casus. Occurrunt Medina & Nauarr. ille in citat. questio. 50 & hic in sequenti num. 163. rationem cogere nos ista exceptione vel, propter absurdum quae essent alioqui admittenda, vt patet ex dictis: sicut & cum Ecclesia præcipit in eodem cap. Omnis virtusque sexus, vt peccator feme in anno confiteatur omnia sua peccata, non excipit quidem venialia: ratione tamen cogit nos exciperre ea: quia tale præceptum est alioqui valde durum, ob gravissimam peccatum, quae illius transgressori imponitur: immo impossibile esset ob innumeram multitudinem & varietatem eiusmodi quotidianorum peccatorum. Pro vitando autem scandalo, vt Medina addit, Confessarius debet in tali casu dicere modum quo fit illud quod reuelat: nempe quod viderit perpetrari, aut quod perpetratum esse reuelatione hominis fide digni extra confessionem accepit.

64.

Indicare autem nullo modo debet, se per confessionem quoque Sacramentale id scire: quia peccator mortaliter, vt ex Scoto habent Angel. & Sylvestr. ille verbo Confessio ultimo num. 7. & hic eodem. verbo 3. quest. 5. quia scilicet in eo sigillum certo modo violatur. Additumque idem est in dictum (mortaliter inquam peccare) si extra confessionem sciat semiplenè, & reuelat plenè, sicut nouit ex confessione: vt si extra confessionem nouit tantum dubie, reuelat certò & indubitate, sicut ex confessione nouit. Id quod Nauarr. approbat in Enchir. cap. 8. num. 15. in quibus eam esse mentem omnium Doctorum.

65.

Quinrum casum Angelus & Sylve, ibidem ponunt, cum quis confiteatur peccatum aliquod se perpetrandum, non lentes mutare tale malum præpositum. In quo casu non in modo ipsi, sed eram ante ipsos, nobiles Theologi & Canonistæ, quos Sotus commemorat in 4. distinct. 18. questio. 4. art. 5. col. 12. sententiam Confessarium non teneri talem confessionem celare, quia non est Sacramentalis; vt pote quae non est facta de

peccatis commissis, quae sunt Sacramenti Penitentiae materia; sed de committendis. Verumtamen videatur cum Sotus pro dicendum, eam sententiam nisi in firmo fundamento. Nam illud ponentes concedunt non posse reuelari confessionem eius qui de peccato commissio confitetur, cum proposito per seuerandi in illo: vnde sequitur neque posse reuelari factam de committendo; quia utrobique adeat peruersa voluntas peccandi in futuram. Neque quod in uno eorum casuum, nondum sit per petratum peccatum sicut in altero, impedit quominus sub sigillum similiiter cadat illud quod sacramentaliter confitendo fuerit dictum: quia in utroque causa peccatum, siue praeteritum, siue futurum praesens est similiiter in depravata voluntate proponentis per petratum. item eius, ac similiiter confessio in utroque eodem casu inuidit: est ob defactum propriei emendationis.

Tenendum est igitur cum eodem auctore, & pluribus aliis, quos refert Henriquez in summa Theol. moral. lib. 6. cap. 21. § 3. lit. N. propositum casum posse tantummodo locum habere, cum quis ex modo procedendi aduentur non confiteri animo accusandi se, sed Confessarium pervertendi, mouendique ad malum: quia talis non est censendum intentionem habere confitendi. Quod ide Sotus confitmat ex eo, quod aliquando Roma contigit: vt quidam Cardinalis conspirationem moliens in Summum Pontificem, confiteretur alteri Cardinali ea in tatione ut illum in suam coniurationem traheret. Re enim postea per alias vias competita, Cardinalis ille, qui confessionem audierat, accusatus est ac inutru, eo quod rem non detegisset. Quo facto Summus ipse Pontifex significavit rem detegi potuisse in tali, atque simili casu. Quotiescumque autem confiterit aliquem confiteri. Sacramentaliter, id est, per modum accusationis coram Deo, etiam si habet finitum propositum, reddens confessionem invalidam, sigillum est se. vandum: vt si acutus est confessionis acce dat duellum inituris cum altero; aut aliquem manifeste perniciosem occisurus priuata autoritate, putans talia licere: nec a Confessario admonitus, quod talia sint peccata mortalia, volens a proposito desistere; quibus absoluendus non sit, tamen illius confessio est celanda tanquam Sacramentalis; quandoquidem per solam propositi mutationem absque alia confessione (tanquam contritus scilicet & confessus) absoluendus esset. Ita Sotus in sequenti vol.

13. Sextus casus (de quo plures authores Henriquez refert loco cit. lit. P & nos etiam attigimus in ca. 1.) est: quando Penitent sine proposito confitendi, & absolutionem obtainendi dicit Sacerdoti. Hoc tibi aperio in confessione; etiam si dicat flexis genib. & fronte figura crucis signata. Id enim ex communis sententia teste Nauar. in Enchir. cap. 18. num. 55. ad Sacramentalem confessionem non sufficit de quoque illa drectio, cum Sacramentum non sit obligat tantum co secreti vinculo, quo alia facta extra confessionera.

Hic addere postulamus cum Iacobo à Graphis, in lib. de dist. aurearum, c. 23. n. 22. extra casum prædictos, in dubio Confessarium debet semper inclinare ad seruandum secretum vt evitetur scandalum, & onus probandi. Nam, vt idem addit in sequenti num. 23. ex Sylvestr. Confessio. 3. quest. 9. si quis dicat Sacerdotem reuelasse confessionem, & ipse concedat se tale quid, quale obiectur, dixisse; debet ipse ostendere unde illud nouerit extra confessionem. Ceterum si neget se quidquam tale dixisse, negotio ipsius admittenda est, aduersus alterius affirmationem; cum non minus ei credendum sit, quam alteri. Sin dicat scilicet incautus reuelandi Penitentie habuisse, idem Iacobus in prædict. num. 15. & 16. secutus Hostienis, De cij. & Lapi doctrinam, distinguunt inquietus, quod si ille qui obiectit confessionis reuelationem sit tertius à Confessario & Penitente diversus, eidem incumbere onus probandi faciat. Etiam esse reuelationem sine Penitentis licentia. Cui oneri sat facte censebitur, si ostendat, quod idem Sacerdos simpliciter reuelauerit, aut se reuelasse dixerit pluribus, nihil addendo de habita reuelandi licentia. Si vero ille qui confessionis reuelationem in Sacerdotem obicit, sit peccator qui ei confessus est, secus forte esset: vt idem auctor addit ex Hostienis ad cap. Omnis virtusque sexus. De Penitent. & remiss. Sed mihi probatur quod aliquot alii cirariis habet Alphon. a. Vualdo in Candel. aureo. cap. de sigillo confess. num. 39. tunc standum esse ipsius Sa-

cer-

cerdoris iuramento, maximè si vir probus sit, & bone fama cum de nullo (maxime de Sacerdote) præsumendum sit malum sine probatore. Atque reverenter Sacramenti (ne scilicet remere crederetur sigillum ipsum fractum) exigat, ut in dubio declinetur in Confessarij favorem: nisi id quod obicitur sit dictum, aut factum ab eodem Confessario, in Pénitentia alterius detinente. De qua re Héritez, & Suarez, ille in sua summa lib. 6 cap. 19. in fine: & hic tom. 4. disput. 33. item in fine.

CAPUT SEXTVM.

De observatione sigilli Sacramentalis in ordine ad complices Pénitentis.

SUMMARIUM.

- 69 Quomodo illicitum sit Confessario Pénitentem interrogare de complicitibus.
- 70 Quod nec auctoritas Prelati, nec zelus diuinæ gloriae, talem interrogacionem reddat licitam.
- 71 Quomodo & quando posse est modi interrogatio licita esse.
- 72 Confessarius peccatum complicitum in confessione detectum reuelare non potest sine confitentis licentia, cum ea autem potest.
- 73 De eadem licentia potest complicem ipsum corrigerem.
- 74 Potest quis aliquis certe a sacerdoti confiteri ad obtinendum ab eo auxilium aduersus complicitum.
- 75 Non potest Confessarius aliquem inducere ad sibi confidendum, ut inde acquirat notitiam aliorum quos corrigit.
- 76 Non potest in eum ipsum finem de persona complicitis interrogare confitentem: sed est arbitrio suo relinquentur.
- 77 Requisita vi confitens posse vi opera Confessarij ad corrigendum complicem.
- 78 Quando teneatur confitens vi opera Confessarij ad correctionem complicitum.
- 79 Quando posse, aut etiam teneatur Confessarius complicem de licentia confitentis corrigerem.
- 80 Eadem ratione qua potest Confessarius complicem corrigerem, potest & denuntiare denuntiationem paternam, non autem iudicium.
- 81 Eodem modo quo licet vi industria Confessarius ad corrigendum complicem, licet quoque vi ad vitandum aliquod malum, vel bonum aliquod præveniendum iusta de causa.

Quia respectu oblerationem sigilli Sacramentalis respectu Pénitentis, facit patent ex ante dictis. Cum vero ipsum extendatur ad huius complices, antequam finem faciamus, aliquot documentis ostendendum est, quatenus respectu eorumdem complicitum sic seruandum: præmissu quod habet Henriquez in lib. 6 summa Theologie moralis cap. 25 & §. 2.

Præstatum haud posse à Pénitente exigere, aut ipsum interrogatione, vel injecto scrupulo inducere, aut per præceptum, vel comminationem, vel suspensionem absolutionis impellere, ut si manifestet alienam personam, quando id nullo modo necessarium vel opportunum esset ad prefatum iudicium, pro exoneranda sufficienter conscientia confitentis. Quia potius, tamquam docto, ex proprio munere debet monere sponte manifestantem, ne alienam personam nominet, nec historias narret; sed simpliciter pureque tantum dicat: ei quæ faciunt ad manifestanda peccata, quibus sentit conscientiam grauaram; nisi forte indigere consilium & auxilio ad se in futurum à peccato protegendum aduersus eamdem terdam personam. Cuius doctrina fundamentum idem auctor ponit, quod sit contra charitatem (quæ debemus proximum sicut nos ipsos amare) vt in talre faciamus alterum, quod nollemus nobis fieri. Inno & contra rectam rationem, quæ aperte dictat illud quod Tobie 4. sanctus pater præscribit filio: Quod oderis ab alio tibi fieri, caue ne tu aliquando facias alterum: quodq; suis omnibus Dominus noster infungit Matth. 7. Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.]

70 Neque tale factum excusari potest per auctoritatem Prelati: quoniam ad iudicium quod per illam exercetur in foro interno, non alia persona, nec alia peccata pertinent quam Pénitentis: ut ex eo constat quod tantummodo illi, & de ipsis peccatis propriis detur absolutionis. In foro autem externo, non licet interrogare de peccatis, quorum non præcessit accusatio, vel infamia quæ accusationis locum teneat, per citata

& Nauar. in Enchir. cap. 18. num. 38. ita ut interrogatus non tenetur alioqui respondere ad mentem interrogantis, tanquam non procedentis iuridice. Nec enim potest tale factum excusari per zelum, quo Prelatus mouetur, diuinæ gloriae; quia tale medium (ut ipso periculosest, ideoque illicitum, cum sit inducitio, ad oculum detrahendum de alio sine iusta causa) tam est ineptum ei fini, quam mendacium. Itaque confessiones audiens existimet se satis functionem suo munere, si confitentem reconciliat Deo, & disponat ad perseverationem in bono. Alia autem occulta relinquat vniuersali sententia Christi: scribibilis in terra iudicio permittevis multa mala fieri, ac finientis per ministros peccatores officia vilia, etiam Ecclesiastica, exerceri; sicut & olim per Iudam proditorem. Caue igitur debet Confessarius ne interrogando fallat rudes & inexpertos, monendo sic eis scrupulare, ut existimetur se non plerique confitentes nisi complicum peccata, etiam occulta, detegantur. Atque si aliqua talia per suam aut confitentis imprudentiam cognoscatur, debet se perinde habere, ac si ex confessione nihil didicisset, committens Deo remedium malorum, quod adserere, non est ipsi commissum.

Quamquam, ut idem auctor ibidem. §. 9. pluribus aliis citatu addit, non prohibetur Pénitentis, si velit, quantumcumque non compellatur præcepto, aliqua accusare seu denuntiare Prelato ad promovendum communem bonum, vel utilitatem propriam. Ratio est, quia licitum est, communem priuatum, & proprium alieno proponere. Quamquam prudenter caudendum est, ne iniuste, aut contra charitatem proximus laceretur.

Neque etiam prohibetur Confessarius ad utilitatem Pénitentis, ut ad dandum ei auxilium, vel consilium, audiatur aliquibus peccatis generaliter interrogare de complicitibus (ad instar scilicet iudicis qui risu hominem occiso, generali interrogatione inquiritur a præfatis quibuscumque occidit) non quod dem animo curioso, nec compelle adeo per præceptum aut comminationem; sed amicè regando ut dicat si velit, quod se posset licet eactum dicere iudicari. Nam in eo nihil amplius facit, quam cum audiens generaliter totius vita confessionem, pénitente de aliquo peccato confiteri, de alio quod race posset (quamde eo iam alias sufficienter confessus) interrogat ad finem melius dirigendi ipsum in via salutis:

Iam vero, si quid sit quod confitens teneatur dicere ad manifestationem peccati sui, aut circumstantia mutantis eiusdem peccati speciem (de qua re idem auctor pluribus, & dividendum erit in sequenti parte, cum agetur de confessionis integritate) tunc licet Confessarius prudenter interrogare, etiam per accidētē, inde secutur sit notitia tertia personae; nisi caritas exigeret eam esse vitandam ob notabile illius damnum. Cuus doctrina ratio esse potest, quod alioqui perplexus esset Confessarius; cum ex officio teneatur Pénitentis in confitendo suppleret defecit. Quod si dubia sit talis obligatio Pénitentis, quia dubium consequenter erit, an Confessarius possit vi eiusmodi interrogacione, ille ab ea abstineret debet; cum illicitum sit id agere, de quo dubitatur, an sit licitum.

Documenta de re proposta.

Primum autem documentum, de re proposita (simplum ex his que Suarez disputat tom. 4. disput. 34. sct. 3.) est: Confessarius eodem sigillo teneri secretum feruare circa peccatum complicitum, quod Pénitentis suum confitendo detexerit; quo tenuerit circa id ipsum Pénitentis peccatum. Itud fatis constat ex dictis in præcedentibus cap. 4. indeque consequens est, non esse licitum Confessario, absque Pénitentis licentia, tali notitia vi ad aliquem vsum, quo persona cuiusdem complicitis prodi possit; quia id est sigillum strangere. De licentia autem Pénitentis, possit Confessorem illa vi in bonum eiusdem Pénitentis (& præsertim id postulante spirituali ipsius necessitate), ut ad eum ipsum defendendum aduersus importunam accusationem complicitis, conantis inducere ad peccandum) patet ex eo quod licentia interueniente non frangatur sigillum, iuxta antedicta in principio proxime prædictis capitulis.

De qua re pluribus Suarez, loco citato. Qui & in sequenti sectione 4. disputat, An licet Confessori Pénitentis præ-